
J. L. Reimerus

Specimen antiqvit. abstrusiorum a Matthæo cæteriq. Evangelistis memoratarum.

Ed. II. 1657.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

1,-444.
DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°
1 1 01 0 4 01891 5
+ REX
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

1651.

SPECIMEN ANTIQVITATUM ABSTRUSIORUM

In

Novo Fœdere à Matthæo cœteriſq; Evangeliſtis memoratarum.

Editio ſecunda auctior Lugdunenſi.

A. CIↃ IↃC LVII.

Medullas non cortices

Author Speciminis hujus, licet latere voluisse videatur, seipsum tn: quoddammodo prodidit p. 34. 35. ubi dissertationem suam de Republica Ebr. citat, in qua de Synedriis Ebraeor. prolixe egerit. hanc vero Dissertationem edidit Wittemberg. JOACHIMUS LUDOVICUS REIMERUS non ignotum erudito Septentrioni nomen.

Idem post Wegnerum et Lipenium observat Placcius Theatr. n. 628.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

BENIVOLO LECTORI
S. P.

Nihil reperiri poteſt, qvod plurima S. Scripturæ teſtimonia nobis magis abſtruſa intellectuq; difficilia reddat qvàm rituum veterum ignorantia: iis enim præteritis, ſi qvis loca, ubi eorum fit mentio intelligere vel enarrare cupiat, meritò compellabitur Apollinis ad Hectorem verbis:

Νῦν σὺ μὲν ὧδε θέεις, ἀκίχητα διώκων. *i.e. nunc tu qvidem ſic curris, inacceſſa perſeqvens.*

Deſudatur fruſtra, cum ea, qvæ rituum Judaicorum luce egent, aliò variâ ſubtilitate detorqventur. *Scribit præſtantiſſimus & celeberrimus Ebrææ Lingvæ & omnis eruditionis peritiſſimus Conſtantinus l' Empereur ſeu Imperator de Oppyck; ut ipſum vocat Cl. Salmaſius* de coma p. 660. *& qvidem in epiſtola dedicatoria* ὁδοιποιείας *R. Moſis Kimchi. Hoc ut de integro S. Codice; ita præcipuè*

de

de Novo Fœdere tàm planum poteſt reddi, qvàm qvod planiſsimum. Etenim cuivis illud evolventi patet ob oculos, ipſa Evangeliſtarum & Apoſtolorum oracula tot ritibus, tot inſtitutis antiqviſsimæ gentis Ebrææ ſcatere, ut vix Evangelica detur aut Epiſtolica Pericopa, ceu vocant, Dominicalis, qvin eorum meminerit; adeoq́ abſtruſorum, ut ſagaciſsimô OEdipô opus ſit ſæpiùs, qvàm Davô ſimpliciori. Cujus rei exempla benè multa hîc expoſita vides ex accuratioribus Philologis compilata.

Qvodſi non vilipendes ſpicilegium, plenis horreis, qvod ajunt, ipſam meſſem aliqvando excipies. V.

Auctor.

Matth. 1. c. v. 16.20.

Voces γυνὴ & ἀνὴρ in ſe qvidem *Sexus* ſunt nomina, æqvè virginibus & juvenibus; ac uxoribus & maritis competentia. Qvam ob cauſam Pollux l. 2. Onom. c. 3.; ſed vid. Pareum in Muſæum p. 138., γυναῖκα ἠνδρωμένην demū inter maritatas locat. Hîc tamen *conditionis* cenſenda eſſe, non unum ſvadet. Qværitur idcircò; qvô pactô Maria & Joſephus, qvi non cohabitâſſent, iis inſigniri potuerint. Pleriq; *deſponſationis* ratione v. 18. &. Luc. 1. c. v. 27. 2. c. v. 5. id factum putant. Etenim uxorem & maritum etiam à ſponſalibus dici ſecundum Ebræorum & aliarum gentium inſtituta, rectè ab authoribus obſervatum eſſe Grotius Ann. inh. l. affirmat. De deſponſata eſt res clara, qvæ ipſô Scripturæ S. loqvendi modô uxor dicitur Deuter. 22 c. v. 24. Cui accedit, qvòd ſtuprum, ſponſæ illatum, pro adulterio qvoq; fuerit habitum l. c. v. 23. Cum verò relata ſint deſpon-

ſponſata & deſponſatus, reciproca qvoq; ſint oportet. Qvidni ergò audiverit itidem maritus, qvi tantùm, ſe talem futurum eſſe, recepit. Largiuntur hoc Talmudiſtæ de Tempore Moſen ſubſecuto; de antecedente non item: qvippe qvô no tàm ex ſponſalibùs; qvàm *concubitu* denominati fuerint. Verba qvib9 inducti hoc ſtatuunt Gen. 20. c. v. 3. hæc ſunt: *Ecce tu morieris propter hanc fœminã qvia ipſa maritata viro.* Ad illa ſic Talmudici Maſſech. Sanhedr. f. 57. *Non ſcriptũ eſt; Uxor viri eſt. Qvare autem dicitur: Ecce tu morieris? Propter concubitum mariti; non propter ſponſalia.* At immanè qvantum errant, & nihil minùs, qvàm hoc ſeqvitur. Qvemadmodum enim vera uxor vel à nomine proprio mariti denominatur Gen. 11. c. v. 29. 31.; vel à familiaritate mariti cum aliis Proverb. 6. c. v. 29.; vel ab ætate, qvâ nuptiæ ſunt celebratæ vel contractæ Malach. 2. c. v. 14. ita ab actu matrimonii legitimo vocatur *maritata viro*; notaturq; perinde

ac ibi matrimonium,præciſô eô,an ſponſalia præceſſerint, nec ne? adeoq; opponitur nunc puella virgo deſponſata Devt.22.c.v 23.,nunc ſcortatrix Hoſ.1,c.v.2. Ipſe qvoq; Syrus ex Eſaiæ 54.c.v.1. hanc vocem Galat.4.c.v.27. retinuit. Nec R. Kimchi aut Aben Eſra tale qvid, qvi tamen ſacræ phraſeos callentiſsimi ſunt, animadvertére. Similiter Chaldæus איתת גבר. Græcus συνωκηκῦα ἀνδρὶ, atq; Arabs,cujus verba Latinè reddita ſunt; *uxor viri*; ut Friſchmuthius Diſſert.poſt.de 7.Noach.præc. §.33.34.obſervavit. Certè in Sacris monumentis res ab eventu denominatur ſæpiſſimè: & qvidē non qvalis tū ſit,ſed qvalis futura aliqvando. Qvod non ſolùm ſeqvioribus; ſed & prioribus ſeculis,ut in aliis; ita in matrimonialib9 obtinet. Sic Jacobus Patriarcha filiam Labanis poſtulans, qvæ tantùm in uxorem promiſſa illi erat, dicebat: *da* (mihi) *uxorem meam* Gen.29.c.v.21. Unde & Arabs,annotante Kirſteniô ad Matth.c.1.Arab. ac

 Æthi-

Æthiops monente Gerhardo Juniori Exerc. 8. ad N. T. Syriac. in præſenti loco voces, deſponſata qvæ ſonant, in ſua lingva adhibuerunt. Qvò ipſò ad illud forſan, qvòd corporum conjunctio inter Joſephum & Mariam nondum interceſſerat, reſpexerunt. At cum *conſenſus* faciat nuptias, non concubitus ex ſententia Icti (Ulpiani l. 3. ff. de R. J.) illôq; Parentes Jeſuli noſtri fuerint colligati: qvid qvæſo obſtat, qvò minùs credas, Evangeliſtam noſtrũ in propria potiùs ſignificatione voces *uxorem* & *maritum* hîc uſurpâſſe? Audiamus modò ſuper hoc auguſtiſsimum Patrem Auguſtinum l. 1. de nupt. & concub. c. 2.: *Omne inſuper nuptiarum bonum*, inqvientem, *impletum eſt in Parentibus Chriſti; proles, fides, Sacramentum. Prolem agnoſcimus ipſum D. Jeſum; fidem, qvia nullum adulterium; Sacramentum, qvia nullum divortium.* Qvibus probè conſideratis, non debet non explodi frivola R. Lipmanni, acerrimi alioqvin ver-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

pi, exceptio, qvâ in ſuo Nizzachon Chriſtianos ag-
greditur: *Ecce in lingva eorum* (Latina vulgatæ verſio=
nis, qvam ſeqvitur) *vir* (notat) *maritum. Non enim
ſcripſit* (Evangeliſta) *cuſtos aut curator.* Qvandoqvi-
dem deſcendit in certamen cum ſociennis
ſuis & ipſo Veteri Fœdere, qvibus ejuſmo=
di blateramentis nunqvam prævalebit. *Neq́;
enim qvia non concubitu permixtus, ideò non mari=
tus?* Sunt verba Auguſtini l. 23. contra Fauſt. c. 8. qvi=
bus concludo.

LOCUS II.

Matth. 2. c. v. 1.

M*agia* qvidē ex ſummo veterum conſen=
ſu *Perſiæ* ſuos debet natales. Conſtat il=
lud cùm ex ipſa vocis *derivatione*, qvæ non ni=
ſi remotè ab Ebraico הגה poteſt deduci; qvic=
qvid etiam contrà ſtatuant alii, qvorum φλυα-
ρίας apud Cheitomæum in Græco-Barbaris ſub voce
μάγος, p. 88. ſeqv. & Valkenierium Qvæſt. Philologico-
Theol. ad h. l. 1. § 2. ſeq. exploſas partim; partim diſ-

 cuſ=

cuſſas reperies ;tùm ex *teſtimoniis* Plinii l. 30. c. 1. nat. hiſt. Marcellini l 23. Laërtii l. 1. Svidæ, alio-rumq;, qvos compilare, nec opus eſt; nec me-um patitur inſtitutum. Succeſſu tamen tem-poris *generaliùs* videtur accepta eadem, & ad aliarum qvoq; Gentium Orientalium Sapi-entes traducta. Hoc præter Plinium l. 25. c. 2. nat. hiſt., qvi Arabibus, Ægyptis, Æthiopibus; Lu-cianus l. περὶ μακροβίων, qvi Parthis, Bactriis, Cho-raſmiis, Aréis, Sacis, Medis multiſq; aliis Bar-baris nationibus; æqvè ac Perſis ſuos Magos apertè tribuit, pluribus teſtatur. Qvibus non immeritò adjungitur verſio Græca Prophe-tæ Danielis, Chaldæorum Sapientes c. 2. v. 2. & 27. &c. non minùs Magos appellitans. *In genere* autem Lucianus l. c. de Magis ſcribit, qvod fuerint *genus hominum vaticinans & Diis devotum.* Et μάγον vocari θεολόγον (qvales Δελφῶν θεολόγοι apud Plutarchum de defect. orac.) καὶ ἱερέα, author eſt Varinus. *In ſpecie* porrò de Perſicis Magis eo-

rumq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

rumq; origine ac progreſſu Marcellinus l. c.
memoriæ prodit: *Magiæ ſeculis priſcis multa*
ex Chaldæorum arcanis Bactrianum addidiſſe Zo=
roaſtrem. Deinde Hyſtaſpen prudentiſſimum Darii
patrem, qvi, cum ſuperioris Indiæ ſecreta fidentiùs pe-
netraret, ad nemoroſam qvandam venerat ſolitudi=
nem, cujus tranqvillis ſilentiis præcelſa Bracmano=
rum ingenia potiuntur: eorumq; monitu rationes mun=
dani motus & ſiderum, puroſq; Sacrorum ritus, qvan=
tum colligere potuit, eruditus, ex his, qvæ didicit, ali=
qva ſenſibus Magorum infudit: qvæ illi cum di-
ſciplinis præſentiendi futura per ſuam qvisq; progeni-
em poſteris ætatibus tradunt. Et paucis interje=
ctis: *Hujus originis apud veteres numerus erat exi-*
lis, ejusq; myſteriis Perſicæ poteſtates in rebus faci=
endis Divinis ſolenniter utebantur. Eratq; piaculum
aras adire, vel hoſtiam contrectare, anteqvàm Magus
conceptis precationibus libamenta diffunderet præ=
curſoria. Verùm aucti paulatim in amplitudinem gen-
tis ſolidæ conceſſerunt & nomen: villasq; inhabitan=

tes

tes nullâ murorum firmitudine communitas, & legibus ſuis uti permiſsi, religionis reſpectu ſunt honorati. Hinc Wandalinus in Diatr, hiſtorico-Theol. c. 2. p. 24. poſt Calixtum Hiſtor. Magor. ex h. l. p. 10. Gentem illam Magorum, qvam Herodotus l. 1., qvi Κλειὼ inſcribitur, c. 1. inter alias cum Stephano Byzantino urbium Congeſtore & Nomenclatore in Media collocat, Perſicorum fuiſſe traducem, conjicere videtur. Qvorum ipſorum propaginē etiam Magorū, qvi Pyrethi vocantur, multitudinem, qvam in Cappadocia ponit Strabo l. 15., dicere cum eodem nullus ambigit. Similia ferè iis, qvæ ex Marcellino adſcripſi, ſuppeditat Plinius l. 30. c. 1., ubi legere potes. Nec aliena ſunt ab iisdem ex aliis adhuc adjicienda. Plato in Alcib. 1. Perſicorum Regum filios Magiam Zoroaſtris, qvam θεῶν θεραπείαν dicit, diſcere memorat. Cicero l. 1. de divinat.: *In Perſis* (inqvit) *augurantur & divinant Magi, qvi congregantur in fano, commentandi cauſa & inter ſe colloqvendi.*

Nec

Nec quiſquam Perſarum Rex eſſe poteſt, qui non antè Magorum diſciplinam & ſcientiam perceperit. Hiſce Porphyrius l. 4. περὶ ἀποχῆς accedit. Svidas *Philoſophos & Theologos* dicit; hoc eſt viros, qvi Sacrorum curam agebant, & operam dabant Philoſophiæ. Unde Appianus l. 2. de bell. civil. *Brachmanibus*; Philo Judæus l. qvod omnis probus lib. *Græcorum Philoſophis, Indorum Gymnoſophiſtis & Ebræorum Eſſæis*: nec-non Calixtus l. c. *Gallorum Druidibus* comparârunt. Plura veterum teſtimonia congeſsit Barnabas Briſſonius l. 2. de Reg. Perſ.: ubi reperiri poſſunt. Ut & dogmata ſæpiùs dictorum Magorum brevibus expoſita apud Laërtium in procem. & Plutarchum περὶ ἴσιδ. καὶ Ὀσίρ.: Mihi hîc non licet eſſe diffuſo. Chaldæorum verò Magos ſcholion Prophetiæ Danielis facit illos, *qvi adhuc apud ſuos ignem obſervabant, purificationes peragebant, ſiderumq́ contemplationem, ut ipſis videbatur, intelligebant.* Et D. Hieronymus

mus ad l. c. Dan. diſſerit: *eosdem fuiſſe Philoſophos Chaldæorum ad qvorum artis ſcientiam Reges & Principes illius gentis omnia feciſſe ſtatuit*. De reliqvarum gentium Magis cum veterum teſtimonia deſiderentur, ex hactenùs commemoratis facilè eſt judicare: Illis enim pleraq; fuiſſe communia cum Perſicis & maximè Sacerdotes ac Philoſophos audiiſſe, id Philo l. de ſpec. leg. innuere videtur. Ut verò facilis ingenii lapſus à Sapientiæ ſtudio ad curioſitatem: ita magia aſtu diaboli & hominum ſuperſtitione, referente Pliniô l. c., paulatim in omnis generis malas artes degeneravit; videlicet divinatorias & præſtigiatorias. Ideòq; rectè à Philone l. c. in *veram* & *adulterinam* diſpeſcitur. Evangeliſtam verò noſtrum de *honeſtis Magis* loqvi ex textu facile deprehendi poteſt. Sufficiat ita, qvod impræſentiarum oſtenderim, qvales & in qvibus gentibus fuerint Magi: nam illorum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

rum, qvi ad Salvatorem recèns natum acceſſére, patriam & ſtatum alibi inqviſiturus ſum.

LOCUS III.

Matth. 2. c. v. 4.

Αρχιερεῖς erant præfecti vicenis qvaternis ἐφημερίαις; hoc eſt, *claſsibus ſive ſtationibus*, in qvas genus Sacerdotale erat diſtributum 1. Paral. 24. c. v. 3.; uti ad c. 2. Lucæ v. 5. memoraturus ſum. Imitatione autem Ebræorum, qvi ſummum in ordine ſuo Sacerdotem uſitatiùs qvidem ראש הכהנים; id eſt, caput Sacerdotum; qvandoq́; tamen etiam כהן גדול; hoc eſt Sacerdotem magnum vocant exemplô Johannis ac Mathatiæ in hiſt. Ebr. כהנים גדולים; id eſt, Sacerdotes magni dictorum; ut videtur Druſio ad c. 2. c. l. 1. Haſmon. Seldeno de Pontif. Rom. ſucceſs. l. 1. c. 10. & Petavio l. 10. c. 52., Græci aliqvando Scriptores ἀρχιερέα dicunt, qvi ſummus reſpe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

ctivè in ordine ad ſuam ἐφημερίαν duntaxat fuit; ceu ex Actorum 5.c.v.24. aliiſq; locis intelligimus. *Bertramus* de Rep.Ebr.c.18. ἀρχιερεῖς *dictos cenſet: vel reſpectu Levitarum, qvi apud Joſephum & Sacros N. Teſtamenti authores aliqvando* ἱερεῖς *dici videntur; vel qvòd in Chronicorum hiſtoriis* l.1.c. 24.v.5. *Sacerdotes omnes Principes rerum Sacrarum & (domus) Dei vocantur. Cui Imperator* in not. p.423., *neutrum approbans, ſe opponit. Non enim omnes Sacerdotes, ut utrobiq; in hac diviſione ſupponitur, vocari* ἀρχιερεῖς: *ſed vel Sacerdotem ſummum; vel capita dictarum claſſium cenſet: cum locus, è Paralipomenis à Bertramo productus, de Principibus memoratarum ſtationum agat. Ideoq; ita habendum eſſe. Summus Sacerdos unus tantùm erat, unô tempore,* Joh.18.c. v.13: at ἀρχιερεῖς, *de qvibus Evangeliô, plures erant eôdē tempore,* Luc.22.c.v.66.&24. v.20. &c. *Neq; tantùm hoc de omnibus vulgaribus Sacerdotibus accipi poteſt, qvod in hiſtoria paſſionis legimus; qvum omnes* ἀρχιερεῖς *conſilium iniiſſe dicantur,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

cantur, Matth. 27. c. v. 1.; *atqvi omnes vulgares Sacerdo-
tes viginti qvatuor claſsium ibi comparere non po-
terant. Deinde iſti* ἀρχιερεῖς *in Synedrio Hieroſolymi-
tano cum poteſtate gubernabant populum: qvod non
erat omnium; ſed tantùm* τῶν שרי הכהנים; *hoc eſt, eo-
rum, qvos Evangeliſtæ* ἀρχιερεῖς *verbotenùs reddunt;*
ceu ad c. 5. Matthæi v. 22. oſtenſurus ſum;
*at communes Sacerdotes omnes in concilio Hieroſo-
lymitano non fuerunt, qvod Salomon Jarchi ad* 2.
Chronic. 36. *c. v.* 14. *calculô ſuô approbat. Deniq;
nomen ipſum ſatis ſuperq; rem demonſtrat. Qvid
enim* ἀρχιερεῖς, *qvàm Principes Sacerdotũ ſunt?* Non
ſanè ſummus Sacerdos aut ej9 vicari9: cum,
præterqvàm qvòd numerus Pluralis obſtat,
ad tollendam ambiguitatẽ, ut liqveat nobis,
qvo de Sacerdote Sermo ſit, addatur ple-
runq; epitheton μεγάλου; v. g. Ebr. 4. c. v. 14. qvod pleo-
naſticum non eſt, ut Druſius olim exiſtima-
vit. *Nec Sacerdotes communes, à qvibus ſuâ* ἀρχῆς
hoc eſt principalitate, diſcriminantur. Munus eo-

 rum

rum inſuper fuit populo etiam Legem Dei exponere, Luc.20.c.v.2. Qvare meritò Herodes, cum de Chriſto nato audîſſet, nec locum, ubi oriturus erat, teneret, ea de re hoſce conſuluit. An hi prorſùs iidem cum illis, qvorum uſus fuit ſub V. Fœdere priſcis temporibus; id verò in dubium non poſſum non vocare; qvanqvam hìc diſcutere mihi æqvè integrum haud ſit. Interim certum puto, qvòd ambitione & avaritiâ correpti Luc.20.c.v.46.47. nec non traditionibus nimium tribuentes, teſtibus Evangeliſtis paſsim, ab avita puritate qvàm longiſsimè receſſerint.

Locus IV.

Matth.2.c.v.4.

Γραμματεῖς, hoc eſt Scribæ, Ebraicè שוטרים dicti, complexi ſub ſuo ambitu etiam ספרים, alii Politici ſunt: alii Eccleſiaſtici; uti imperator in notis ad Bertram. de Rep. Ebr. p. 426. meliùs obſervavit,

vavit, qvàm Sigonius de Rep. Ebr l.5.c.10.l.7 c.7.&8.& Menochius de Rep. Ebr. l.7.c.2.q 5.c.630.c. qvi eos perperam confundit. Evangeliſtam noſtrū hîc de Eccleſiaſticis loqvi, nemo non videt. Hi Bertramo de Rep. Ebr. c.18. *ſunt Prophetæ ex indigenis, qvi unà cum Sacerdotum ordine de doctrina cognoſcebant, & unà cum populi Senioribus in mores inqvirebant, & jurisdictionem Eccleſiaſticam publicè exercebant.* At qvia cum προσδιορισμῷ modò Scribæ λαῦ; hoc eſt, populi; modò νόμȣ; hoc eſt, legis; modò templi apud Joſephum l.12. modò alius dicuntur: diverſos illos abſolviſſe ordines ſatis innuitur: ideòq; munus eorundem accuratiùs explicandum arbitror. Latè autem illud patuit. Nam primò ad ipſos pertinuit populum in lege Dei inſtituere; qvocircà etiam νομοδιδάσκαλοι audiebant. Hoc docet comparatio Matthæi 9.3. cum Lucæ 5.17. & 21. aliorumq; locorū Matth. 13.52. & 17.10. Luc. 20.2. Deinde alii toti in lege occupabantur, ut aliis ne-

is negotiis non vacarent qvicunq́; iſtius con-
ditionis eſſent: unde νομικοὶ; hoc eſt, legales di-
cebantur. Hos enim ab illis diſtinctos fuiſſe
oſtendunt ipſorum verba, Lucæ, 11. c. v. 45.
ſiv. 44. conferas. Qvin deniq; lege etiam
ſcribenda legendaq; diſtricti tenebantur ac
diſtenti; ceu ex Eſdræ. 7. 10. & Jeremiæ 36. 6.
cum 32. & Pſalmi 45. v. 2. collatis eluceſcit.
Si qvidem Sacras Literas ſimpliciter ſeqva-
mur. *Menochio* l. c. q. 4. *valdè probabile videtur, Scribas etiam magis reconditam S. Scripturas interpretandi rationem à majoribus ad poſteros per manus qvaſi traditam; veterum ſcilicet cabalam tenuiße & profeſſos eße: qvâ obſcuris & ænigmaticis ſymbolis ſenſus illarum velatur. V. g.: Niſi nomini Abram litera* ה *addita fuiſſet, Abraham non generâßet. Plura exempla habet Bonfrerius* in Præloq. c. 21 ſ. 2. *Qvandoqvidem valdè ſuperſtitioſi erant in Seniorum traditionibus, ad mores & ceremonias legales ſpectantibus, retinendis, ceu Evangelium pluri-*

plurimis in textibus commemorat. Qvod ſuô locô relinqvo, ſi poſtrema V. T. tempora reſpicere voluit. Lecti autem hi erant ferè ex Levitis; ceu conſtat ex collatione Deyteronomii 17.9. & 2. Chronicorum 19. 8. cū Matth. 26.3.57.59.: præter hos tamen etiam Sacerdotibus; qvod Eſdræ 7.11. Jer. 8.8. cum 10. comparatus evincunt. Et hi diſtincti qvidem fuerunt à Phariſæis; ut paſſim Hiſtoria Evangelica oſtendit, v. g. Matth 23.13.: aliqvando nihilominùs iidem cum illis: nimirū ſcribæ ratione officii; Phariſæi ratione ſectæ. Hoc patet ex Matthæi 22.34.; ſi cum v. 35. & Marci 12.28. conferas. Interim eoſdem planè fuiſſe cum priſcis illis, qvi tempeſtate Davidis, aliorumq; Regum vixére, dubito. Mutatio enim qvædam videtur interceſſiſſe, ab Eſdræ ætate usq; arceſſenda. Sed mihi hîc longiùs evagari non licet. Hoc certum eſt, illos, qvos Herodes in præſenti loco conſuluit, fuiſſe ex

numero illorum, qvi S. Scripturam docebant & explicabant: cum Sacerdotibus primariis adjungantur. In qvo hâc vice lubens acqvieſco.

LOCUS V.

Matth. 2. v. 6.

QVid ἡγεμόνες hîc ſibi velint, anxiè à viris doctis inqviritur. Piſcator in Schol. ad l. c. p. 24. & Grotius in Annot ad eund. Evangeliſtam noſtrum pro אַלְפֵי legiſſe אַלֻּפֵי impudenter aſſerunt. Janſenius & Maldonatus ad h. l. ad duplicem vocis אֲלָפִים ſignificationem confugiunt; utpote qvæ & mille & Duces denotet. Qvod tamen nondum evictum dedére. Nam locus qvem ex Judicum 6. 15. producunt, nihil minùs probat. Ribera ad c. 5. Mich. v. 2. per Principes nobiliores urbes à Matthæo indigitari perſvaſum ſibi habet. At nec hoc commentum ſatis qvadrat. Tenendum itaq; cenſeo: אלפים apud Prophetam deno-

tare

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

tare Chiliades & ἡγεμόνας apud Evangeliſtam Præfectos Chiliadum. Ut ita Micha.c.5.v. 2.collectivè loqvatur de millibus; & Matthæus δεικτικῶς de Ducibus eorum. Qvæ omnia σχετικὰ ſunt,ſeq; mutuò ponunt & tollunt. Sive: ille propriè; hic tropicè,capitis appellatione συνεκδοχικῶς totum corpus deſignat: vel,ſi mavis, per metonymiam ſubjectum pro adjuncto ponit: qvæ eſt Sententia Glaſsii, Rhet. S. tr. 1.c.3. Unde Syrus annotante Spanhemiô in dub Evang.ad h.l. & Arabs monente Ludovicô de Dieu in comm. ad h. l. vocem ἡγεμὼν in ſuis etiam lingvis exprimere voluerunt. Fuerunt autem Chiliades millenarius Patrumfamilias numerus, & qvi huic præerant Chiliarchi. *Bertramus qvidem putat, millia iſta familiarum fuiſse* de Rep. Ebr. c. 6., cui in tract. meo de Rep. Ebr. diſſert. 2. S. 1. §. 2. reſpondi; hîc actum non ago. *Menochius de Rep. Ebr. l. 1. c. 6. q. 1. c. 37. c. arbitratur, Chiliarchum eſſe Ducem mil-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

le familiarum capitibus datum ſeu præfectũ, & Chiliarcho ejusq́ muneri Tribuni vocem & munus ferè reſpondere. Dicit ferè, qvia pluribus imperabant Tribuni apud Romanos qvàm mille. Vide Lipſium de milit. Rom. l. 2. dial. 9. Verùm qvomodò hoc probet, non aſſeqvor. Qvod enim Lyrano objicit, qvi ſtatuit: Chiliarchos, &c. ex aptis ad bellum tantùm fuiſſe lectos; ita, qvi propter Senectutem inepti ad illud erant, ab hoc munere contra mentem Moſis excludi, me non ſtringit, qvi rejectis tribus modis illis, qvibus ex mente Abulenſis ad Exod. 18. q. 7. Chiliarchi &c. eligi potuerunt; videlicet vel ex omnibus populi capitibus fœminis etiam & pueris non exceptis: vel tantùm ex iis viris, qvi armis geſtandis erant apti; vel ex Capitibus familiarum, qvartum arripui; puta ex omnibus promiſcuè patribusfamilias. Cum enim per deſerta Arabiæ in Palæſtinam tenderent Ebræi, aliqvantô tempore

pore

pore ſolus Moſes cauſas dijudicabat omnium, ut operas matutinô tempore exorſas in multum veſperæ producendo vires ſuas nimium qvantum exhauriret. Qvod cum Jethro generum ſuum inviſens animadverteret, Judicia aliter inſtituendi conſilium ipſi dedit, Exodi 18. c. v. 17. ſeqv. Nimirùm ut populum diſtribueret in Chiliades &c., eiq; ſuos Chiliarchos &c. præficeret. Qvô etiam inſuper non habitô Moſes partem operæ judiciariæ; leviores ſcilicet & liqvidiores cauſas in illos, qvi authoritate aliqvâ, maximè Sapientiâ & integritate in tribubus ſuis eminebant, derivavit. Ubi ergò magnus hominum numerus erat ibi & Chiliadis &c. Chiliarchus &c: unus vel plures, qvot poterant. Et hoc eſt, qvod Propheta & Evangeliſta dicunt Bethlehemum tàm parvum qvidem eſſe, ut mille patresfamilias non contineat, cui ſuus Dux præfici poſſit;

 ma-

maximum tamen nihilo ſecius, qvia Meſſias ex illo oriundus erat. Chiliarchis porrô Centuriones, Centurionibus Pentecoſtarchi, Pentecoſtarchis Decuriones fuére ſubordinati. De qvibus in tractatu meo l. Suprà cit. prolixè egi. Ubi, qvæ adhuc dicenda ad præſentem locum reſtant, legi qveunt. Ego filum hîc abrumpo.

LOCUS VI.

Matthæi 3. *c.* *v.* 6.

Tradunt Magiſtri Judæorum, baptiſmum ſive ablutionem tum qvoq; adhibitam fuiſſe, qvando gentiles in proſelytos tranſibant (qvo de ritu ad Matthæi 23. c. v. 15. ſum diſſerturus) & populo Sancto inſerebantur. Qvod qvidem de ſeqvioribus ſeculis negari haud debet. Inſtar omnium ſit R. Majmon p. 2. l. jad. in hilc. jſs. Bia. c. 13. n. 6. & 14. n. 15. Qvanqvam ſine omni dubio per eam tantùm indicaretur; ſordes vitæ & morum eſſe de-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

ſe detergendas & operam dandam mundiciei. Hunc autem ritum, qvem ipſum jam antè ad Chriſtianiſmum totô corde amplectendum inſtinctu divinô tranſtulerat Pręcurſor ejus Johannes, inde Baptiſta dictus, Salvator noſter, qvemadmodum etiam alios, circa manducationem Agni Paſchalis à Judæis obſervari ſolitos, ad ſublimioris actionis rationem & effectum convertit, Sanctiore itidem modô & fine uſurpandum poſteà confirmavit. Utrum verò Moſaicus fuerit; an Judaicus inferiùs diſpiciam. Et ſufficiat ita, me monuiſſe, qvòd differitas inter Baptiſmum Johannis & Judæorum interceſſerit. Identitatem lavacri Johannis & Chriſti qvoad eſſentialia utriusq; alibi demonſtraturus ſum. Tantum qvoq; de præſenti loco:

LOCUS VII.

Matth. 3. *v.* 11.

Non una omnium eſt Sententia ad qvem ritum

ritum Johannes Baptiſta collimet. Barradii Conjectura eſt T.3. conc.Ev. l.3. c.34. *reſpicere illum morem Sacerdotum, qvi nudis pedibus incedentes Sacrificârint, orârint & in templo verſati ſint. Qvòd ſcilicet etiam pedes in æneo labro lavare Exod.30.c.v.18.19. juberentur* Additq; teſtimonium Ariæ Montani; affirmantis in lib. de fabric. templ.: in templo exedram fuiſſe foci, ut illi pedes calefacere poſſent. Qvin conclave habebant peculiare, ubi hybernô præſertim tempore calefieri poterant citiùs; pavimento nimirum calefacto inambulantes; de qvo Codex Middoth c. 1. §. 6. & notæ Imperatoris p.22. videri poſſunt. Maldonatus verò ad h.l. dictum Johannis Baptiſtæ de portandis calceamentis eò trahit, *qvod Ebræi oraturi in templo aut illud ingreſſuri, & Sacerdotes Sacra munia obituri Calceos exuerent, ut etiamnum Turcæ & Africani faciunt.* Oſtendit hoc latè Pineda in Eccleſ. c. 4. v. 17.: teſtimonia veterum

Theo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

Theodoreti & Procopii ac recentiorum Cajetani, Lipomani, Riberæ & Abulenſis inſimul adjiciens. Idem Joſephus qvoq; l.2.de bell. Jud. c.15. exemplô Berenicæ innuit. Jam ante ædificationem ejus ſanctiorem qvemvis locum nudos reqviſiviſſe adſtantium pedes, ex Exodi 3. 5. & Joſvæ 5.15. dilucidum evadit. Opulentiores itaq; & nobiliores famulos ſuos habuére, qvi ſolverent calceamentorum ligulas eaq; ſervarent. Ad eam conſvetudinem Baptiſta qvoq; Johannis 1. c. v. 26. alluſit. Cum enim de ſe loqveretur & ſentiret demiſsè, ne abjectiſsimus qvidem Salvatoris famulus voluit videri, qvi calceos ejus exueret, & ponè portando aſſervaret. Qvæ poſteriora optimè congruere puto. Num Ebræorum calceamenta ſoleæ tantùm fuerint, qvibus plantarum calces infimæ ſolum tegerentur, & qvæ teretibus vinctæ eſſent habenis; an verò totum ope-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

ruerint pedem: id eqvidem ex Sacris Monumentis vix irrefragabiliter probabitur. Qvanqvam creditu facilè ſit, ut apud nos Germanos pro ſexus & conditionis diverſitate variant calceorum formæ: ita & apud ipſos cum illis comparatum fuiſſe. Qvi tamen plura de iiſdem cupit cognoſcere, adeat Sopranem in David. digr. 1. c. 6. f. 380. 377. 378. Lutherum comment. in Gen. 14. 23. Delrium t. 1. adag. 173. p. 185. Schindlerum in Lexic. atq; alios. Ad inſtitutum meum ea parum vel nihil faciunt.

LOCUS VIII.

Matth. 4. *c.* v. 23.

H*Ieroſolymæ* non ſolùm ſed & *reliqvis in urbibus Palæſtinæ Synagogas* fuiſſe repertas, præter locum præſentem alia qvamplurima demonſtrant. Qvinimo *in exteris regionibus*, ubi gentilibus erant mixti, Judæi *proprias Synagogas* poſſederunt. Hinc Synagogarum Aſiæ aliarumq; exoticarum freqvens

in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

in Actis Apoſtolorum mentio injicitur. De hiſce res eſt dilucida; *nimirùm qvòd incolarum cauſa ædificatæ fuerint: utpote qvibus Templum adire eßet incommodum. Hïeroſolymitanæ utrum ex parte etiam civium fuerint, qvò Gerhardus* p. 3. Harm. p. 991. c. 178. *inclinat; an peregrinorum tantùm, qvod Sigonio* de Rep. Ebr. l 2. c. 8. p. 86., *qvem Scultetus ſeqvitur* L. 2. Exerc. Ev. p. 40., *arridet, item haud liqvet. Præcipuè tamen illas horum uſui fuiße deſtinatas, non unus Scripturæ S. locus oſtendit. Ex plurimis prodeat, Actorum 6. c. v. 9. qvi habetur.* Erant autem Synagogæ *ædificia, ubi Judæi ex inſtituto conveniebant diebus certis legis percipiendæ & precum cauſa.* Et docebant in iis *Ordinariè* populum potiſsimùm *certi qvidam Scribæ, Marci.* 1. 22., ad qvorum differentiam alii, qvi in Templo legem profitebantur, *Scribæ Templi* audiebant, Matthæi 21. 15. & Joſephi l. 12. Antiqv. c. 3.. Unde & πρωτοκαθεδρία eorum in Synagogis Lucæ 20. 46. vituperatur. *Extraordina-*

riè etiam *viris idoneis & probatis* is honos interdum ſolebat deferri ab Archiſynagogis, qvorum in ſingulis Synagogis unus erat, Marci.5.35.36.38.Luc.8.41.vide Petitum L.2.var.lect.c.10.p.166. vel plures Act.13.15.c.18.8.&17.conſule Bertramum de Rep. Ebr.c.18.p.132.;ut ſcilicet ad populum verba facerent. Maximè *hoſpites, qvi alunde venerant, ſi modò de eorum doctrina & vita aliqvid conſtaret*, invitabantur, ut ad plebis ædificationem concionari vellent, Actorũ 13.c.v.14.15. *Sic Chriſtus & Apoſtoli ejus paſſim dicuntur in Synagogis docuiſſe.* Hæc Evangeliſtæ noſtri relationem ſatis illuſtrant. Qvi plura de Synagogis Ebræorum vult cognoſcere, adeat Menochium de Rep. Ebr. l. 7. c. 12. q. 8. 9. 10. e. 633. ſeq. Bertramum l.c. Sigonium l.2.c.8.alioſq;; ego longiùs non evagor.

LOCUS IX.

Matth. 5.*c.v.*20.

Φαρισαῖοι fuére ſecta inter Judæos præcipua

uti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

uti Syrus Paraphraſtes Act 26.5. habet. Dicti Ebraicè פרושים *Separati*; *ſcil. vitæ munditiâ & dignitate ac ſanctitate, qvam præ ſe ferebant, & externô deniq; veſtitu*; uti ex Aruch, lib. Ikkarim R. Kimchio aliisq; Ebræis conſtat, & oſtenſum eſt fuſe à Scaligero de Emend. l. 6. f. 538. Camerone Myroth. ad Matth. 3. 7. & Act. 26. 5. Druſio ad voc. N. T. comm. prior. p. 132. ubi mutat ſententiam, qvam comm. poſt. c. 11. ſuam fecerat, De trib. Sect. l. 2. c. 3. Bertramo de Rep. Ebr. c. 19. p. 341. Menochio de ead. l. 3. c. 15. q. 1. c. 316. b. aliisq;. *Non verò expandentes vel exponentes, qvod ad qvorundam palatum eſt. Multò minùs: ex Arabico rapaces; ceu Kirſtenius conjecturat.* De *origine* eorum vix aliqvid certi definiri poteſt: niſi *qvod poſt captivitatem Babylonicam haud multò ante Chriſti nativitatem tempore ſcil. Jonathæ jam extiterint & Sadducæis antiqviores ſint.* Initiò videntur fuiſſe puriores: ſed poſteà nimiâ ſuperſtitione degenerârunt. *Unde Talmudici 7. ipſorum ordines enumerant. Alii enim*

 erant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

erant Sichemitæ;qvi placere hominibus ſtudebant & ab iis videri. Matth.6.: qvemadmodum Sichemitæ propter Dinam circumcidebantur Gen.34. Alii impingentes,ex nimia humilitate ad lapides, dū pedes non elevabant. Alii vulnus ſibi infligentes, qvi oculis concidentibus & fermè clauſis incedebant, ne mulierē conſpicerent,ideoq́ corpora ſua facilè lædebant. Alii depreſſi,capite & dorſô verſus terram declinatô inambulantes, ne pedes Dei offenderent. Alii glorioſi,ſe legem perfectè implere, & adhuc opera ſupererogatoria præſtare jactitantes,Luc.18. Alii Mercenarii,propter præmium, qvod obſervationi legis promiſit Deus ei ſervientes. Alii Servi,formidine pœnarum Deo ſuo obœdientes. Dogmata eorundē *qvædam in ſe qvidem bona fuerunt, Matth.23. 23.: in hoc tamen mala* evaſére, qvod etiam ea depravabant. Matth 23. 4. 5. 15.24. *Qvædam verò apertè mala;* videlicet qvę *de fati in nonnullis neceſſitate,* vide Epiphanium hæreſ.6. & Joſephum l. 13. Antiq. c. 9.: *Aſtrologia judiciaria*

Matth.16.:Animarū tranſmigratione Matth. 16.14.:liberorū erga parentes impietate, Matth. 15. 5.: Juramentorum inanitate, Matth.23.16. 18.aliisq; ſimilibus fovebant. Ut taceam, *qvòd traditiones Patrum verbo Divino pares æſtimarent, ſuperſtitioſas etiam & vanas, Matth.*15.2. M*arc.*7.9.M*atth.*9.11.*Luc.*7.39.c.18.12.M*atth.* 23.5.23.*Luc.*6.7.*Joh.*9.16.M*atth.* 12.2. *Luc.*11. 42. *Vita* porrò ambitione, Matth.6.Luc.18. & avaritia Matth. 23. v.14. aliisq; vitiis ſcatebat. Nihilominus puriſsimos & ſanctiſsimos omnium ſe reputabant. Erat itaq; juſtitia eorum ſuperſtioni & hypocriſi ſuperſtructa, de qva præſenti in loco Salvator noſter verba facit, hoc eſt, imaginaria & inanis. Qvi plura de iis cupit, præter Autores citatos Sigonium l.5.c. 11. l. c. adeat.

LOCUS X. M*atthæi* 5. *c.* *v.*22.

Qvid κρίσις qvid συνέδριον hîc denotet, inqvirendum venit. *Erant Judæis tempore Salva-*

toris noſtri in terra verſantis judicia tria minimum, Triumvirale à numero judicũ dictum: medium, qvod judicium minus vocabatur & 23. judicibus conſtabat: & maximum, qvod communi & rotundô numerô 70. virorum erat: ex mente verò Maimonidis l. de idol. c. 5. n. 11. & *Seldeni* l. 7. de. J. G. & N. c. 6. *aliorumq́ 71.; Fagii porrò* ad cap. 16. Devt. & *Grotii* Annot. ad N. T. 72. & *vulgò judicium majus audiebat.* Multa de his ex antiqvitate Judaica dici poſſent qvæ in pauciſsima, ut inſtituti mei ratio exigit, contracturus ſum. Hoc videtur formam ſuam, de qva Rabbini prodiderunt, *ſub Haſmonæis* demũ accepiſſe, & qvidem à *Matthia aut ejus filiis* poſt profanationẽ Templi ab Antiocho Epiphane factam. Qvod verba Gemaræ Codicis Sanhedrin c. 9. videntur innuere & pluribus probabiliter deduxit Vorſtius diſſert. Acad. de Synedr. Ebr. §. 39. ſeq. qvi conſuli poteſt. *Conſtabat autem ex Sacerdotibus & Levitis, aliisq́ Iſraelitis nobilioribus*

& Spe-

& Spectabilioribus, qvibus Summus Sacerdos vel alius, qvi cœteris Sapientiâ antecellebat, vulgò Præſes dictus, tanqvam caput præerat. Huic porrò natu maximus, qvi Pater domus judicii appellatus eſt, à dextris collocabatur. Cœteri per dimidiam qvaſi aream coram iſtis duobus ſedebant. Et præterqvam qvòd de tribu; qvæ puta vel tota, vel maximam partem ad idololatriam defeciſſet; de Pſeudo Propheta; de ſucceſſione & criminibus Principis & Pontificis: de ſuſcipiendo bello αὐθαιρέτῳ: aliisq; rebus tàm Sacris; qvàm civilibus peculiariter judicabat: principale jugis ipſius operis erat de Sacerdotibus diſpicere & difficiliora qvæq;, de qvibus cœteris Synedriis non poterat liqvere, dirimere atq; componere. Locus, ubi idem conſeſſus ſuos Hieroſolymæ agebat, erat Conclave cæſi lapidis, inter alia Templo additum Qvanqvam poſterioribus ſeculis authoritati & poteſtati ejus non parum deceſſerit; nimirùm ſævitiâ Alexandri: novâ 5. aliorum Synedriorum inſtitutione Gabinii:

crudelitate Herodis, aliis lectis, veteres judices omnes, exceptô unô atq; alterô, interficientis: aliorumq́; tyrannide; ut tandem 40. annis antè excidium Templi 2. in tabernas, ex tabernis in montem ſanctuarii, ex monte hoc in urbem indeq́; è loco in locum coactum fuerit migrare, donec Tiberiade prorſus periit. *Iſtud judicia capitalia exercebat. Illud verò pecuniaria. Quæ duo poſteriora non ſolùm Hieroſolymis; primum juxta portam montis Sanctuarii: alterum ad oſtium atrii in conclavibus Templo adjunctis: verùm etiam in aliis Palæſtinæ civitatibus ſedebant;* Talmudici Cod. Sanhedrin c. 1. ſeqv. ejusq́: Gemara & Miſna. Cod. Middoth. c. 5. R. Majmon hal. Sanhedr & Kele hammikd. c. 4. Joſephus Antiqv. Jud. l. 14. c. 11. 17. l. 20. c. 8. & de bell. Jud. l. 1. c. 6. Matth. 26. 59. Luc. 22. 66. Act. 4. 15. &. 5. 21. Luc. 13. 33. &c. Plura ſuppeditant Buxtorfius Lex. Talm. Rabb. p 15. 13. Coccejus ad Sanhedr. Seldenus de Synedr. Ebr. Teubelius de Judic. Ebr. aliiq́; mihi nunc non licet eſſe prolixiori. De origine etiam Synedriorum in Diſſertatione

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

mea de Rep. Ebr. prolixè monui. Præſenti itaq; in loco, ubi Salvator noſter pronunciat de pœnarum gradibus, *per κρίσιν Synedrium parvum: non triumvirale judicium; ut volunt Beza, Caninius & alii: per cœtum verò, qvi κατ' ἐξοχὴν dicitur συνέδριον, magnum inſinuari,* cum Viris Doctis nihil dubito. *Cum enim Phariſæi iram & odium, qvæq; eorum ſigna ſunt ignominioſa vocabula & convitia, non crederent tanti eſſe, ut gravioris pœnis obnoxium qvempiam reddant: ſed tantùm homicidium externum tanqvam capitale crimen τῇ κρίσει ſubjacere v. 21.; hoc eſt, Synedrio minori; uti ex ſuperiùs allatis apparet: oſtendit ille, etiam ob internum animô; nimirùm ſodali ſuo temerè iraſcendo aliâve ratione, ſaltem admiſſum unumqvemq; eſſe dignum, qvi τῇ κρίσει ſeu Synedrio parvo ſe ſiſtat & ab eodem gravi ſuppliciô afficiatur: qvi porrò malevolis geſtibus externis & ignominioſis vocabulis contra illum utatur, eum graviorem Synedrii; magni ſcilicet, pœnam manere: qvi deniq; eundum odiô &*

convitiis proſeqvatur, illius peccatum majoris momenti eſſe, qvàm ut ab humano judicio puniri ſatis poſſit. Plura cupientem digitô qvaſi indice remitto ad Gerhardum t. 3. L. de Ev. c. 13. §. 65. Brochmandum t 2. Syſt. Theol. a. 1. c. 2. q 2. Qviſtorpium Annot. ad h. l. Calixtum Harm. Ev. Scultetum l. c. c. 20. alioſq; : ubi inſimul, qvæ pravis expoſitionibus Bellarmini, Socini & aliorum Heterodoxorum examinandis & exanimandis ſufficiunt, inveniet egregia. Ego forô meô contentus alienum impudenter neqvaqvam ingredior.

LOCUS XI.

Matth. 5. c. v. 32.

Apud Judæos primùm dirimere conjugii vinculum non indulgebatur niſi viris certis de cauſis. Seculis tamen extremis mores aviti cum Republica degenerabant. Tum nimirùm viri non ſolùm levibus de cauſis uxores; ſed & fœminæ maritos repu-

dia-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

diabant. Marc,10,11. Scilicet, qvi guberna-
bant eorum provinciam Romani, hos imi-
tabantur. De judæis vide Joſephum Antiqv.l.15.
c.11. & l. 18. c. 7.: de Romanis verò Pollucem
Onom.l.3.c.3 qvibus Seldenum de I.G.&N.cap.7. Briſ-
ſoniũ de form.l.8.p.703. & Alexandrũ ab Alex.
l.4.c.8 jungere potes. Ego locũ hunc prolixio-
ris commentarii indigũ obſigno. Cœtera ex
Chemnitio Harm.c.129. Balduino caſ.conſc.l.4.c.13.c.5.
Matthia Syſt.Th.min.l.36.c.5. Druſio Præt.l.1.p.13. Gro-
tio & Marlorato ad h.l. aliisq; ſuppleri qve-
unt. Meum eſt ad alia manum promovere.

LOCUS XII.

Matth.5.c.v.34. ſeq.

Mos ille deteſtandus jam olim apud Judæ-
os invaluerat, ut tantum non omni ver-
bo juramentum præmitterent, elegantiam
ſermonis arbitrantes ita dejerare : de qvo
Aben Eſra adhuc ſuô ſeculô conqveſtus eſt.
Ideò Talmudici integrô titulô, in cujus Miſ-

 nam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

nam commentatus eſt Majmonides, huic malo remedire voluerunt. Ibi verò ille ſtatim ſub initium t. 2. c. 1. qvatuor juramentorū ſpecies recenſet; *videlicet temerariorum, ut ſi qvis juret de re præterita: ſit vel non ſit; aut de re præſenti: fiet vel non fiet; qvæ complectitur omninò falſa. 2. vanorum, cum juratur de re aliqva, qvæ ſcitur non ita eſſe; aut de re, de qva nemo dubitat, ita ſe habere; aut de intermittendo præcepto legis; aut de eo, qvod ſupra vires nec ſpontis eſt jurantis. 3. Depoſiti* Levit. 5. c. *& 4. teſtium, de qvo Petitus* Var. Lect. l. 1. c. 16. *uberiùs agit.* Formulæ autem jurandi erant: *per Templum; per veritatē; per vitam Regis; per coronam ejus; per altare; per cultum Dei per Prophetam; per Moſen; per vitam ſeculi hujus & venturi; Rabbinorum Sanctorum in terra Iſrael; Parentum, qvi in vivis adhuc ſupererant; ſalutem ac bonam ſenectam; defunctorum memoriam; per Decalogum ac Libros Sacros; per cœlum; per terram; per ſolem; per Hieroſolymam; per caput &c.*

Vide

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

Vide Majmonidē de jurament. Qvi tamen fatetur, jusjurandum per creaturas, in qvod Salvator noſter apud Evangeliſtam Matth. propoſito in loco tàm graviter invehitur, à Doctoribus Judæis poſtmodùm improbatum fuiſſe. Cum itaq; tempeſtate Dni Chriſti conſtans eſſet vulgi Ebræorum opinio, *eum, qvi per res creatas jurat, non* ἐπιορκεῖν, *neq; illud juramentum vanum eſſe & temerarium; ſed indifferens*: contrà oſtendit ille, non jurandum eſſe omninò per res creatas: & cum Deus ſuô modô interpelletur eô ipſô jurejurandô tanqvam teſtis & Judex, teneri lege perjurii, qvi ipſum fefellerit. Simpliciter enim vana eſſe & temeraria privata ejuſmodi juramenta, & ſanè perqvàm abſurdum, qvasdem juramenti formulas putare vim habere obligandi, non tamen perjurii pœnam mereri. Plura habent Waltherus Harm. Bibl §. 189. Friedliebius Obſerv. Bibl. ad h. l. Ravanellus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

Bibl. S. tit. juram. Buxtorfius Lex. Talm. Rabb. aliiq́; qvi evolvi poſſunt.

LOCUS XIII.

Matth.6.c.v.6.

Habebant Ebræi ſecreta cubicula in ædibus ſuis; privata ſcilicet Oratoria; uti ex lib. Judith. c. 8. v. 5. apparet. Eò collimat hîc Salvator noſter, qvando monet, ut potiùs domi oremus in occulto, qvàm publicâ oratione laudem cum Phariſæis eorumq́; ſeqvacibus qværamus. Vide Maldonatum ad h.l. & ab ipſo citatum Origenem hom. 7. in Joſ. ac Chryſoſtomum hom. 3 de incompr. Dei nat.: ego plura non addo.

LOCUS XIV.

Matth. 6. c. v. 17.

Ebræorum ritus erat tempore luctus à lotione & unctione omni abſtinere 2. Sam. 19. 24. & 12. 20. Hunc tranſtulerant Phariſæi etiam ad conſveta jejunia ſua, nullum ali-

alium in finem, qvàm ut ſqvalore obſiti hominum oculos in ſe convertentes Sanctitatis peculiaris laudem conſeqverentur. Qva de cauſa Salvator noſter faciem præcipit lavari inungiq́; caput in jejuniis, nimirum, ut veri fideles, lætitiam vultu præ ſe ferentes externô, diſtarent ab hypocritis, qvorum luctus ſimulatus erat.

LOCUS XV.

Matth. 9. c. v. 9. 10.

Τελῶναι *ſeu Publicani* qvinam & qvales fuerint apud Judæos Hiſtoria Evangelica clarè innuit. *Nimirùm ii, qvi vectigalia & alios reditus exigendos certô conſtitutô pretiô redimebant.* Horum ordo apud Gentiles qvidem, maximè Romanos & numerô ampliſſimus & perſonarum dignitate potentiſsimus fuit. *Hinc Cicero pro Planco: flos, inqvit, Eqvitum Romanorum, Ornamentum Civitatis, firmamentum Reipublicæ, Publicanorum ordine continetur.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

netur. Apud Judæos tamen hoc genus hominum peſſimè audiebat. *Cujus rei ratio non una affertur. Abulenſis cum D. Hieronymo in Evang. factum ait: qvia hujuſmodi munera vix ſine peccato exerceri poſſunt. Janſenius Concord. Ev. c. 13. verò: qvòd vi & rapinis graſſarentur. Et Baronius* t. 1.: *qvòd Judæi genus Abraham ex libera liberos ſe profiterentur: ideóq; nefas execrandumq; exiſtimarent, contribules ſuos ad vectigal Romanis præſtandum ſe compellere. Hiſce accedit, qvòd Baptiſta illos accuſat, qvòd plus, qvàm conſtitutum eſſet, exigerent, Luc. 3. v. 13.;* Confer. Luc. 19. 18. Tertullianum, de pudic. c. 9. Auguſtinum ſerm. 51. de temp. Chryſoſtomum hom. 61. in Matth. Baſilium Seleuc. orat. 38. Chryſologum ſerm. 28. aliosq; *Erant ergò injuſtæ tyrannidis Romanorum miniſtri & populi excoriatores.* Tertullianus l. c. exiſtimat, Publicanos hoſce Ethnicos fuiſſe. Qvam ſententiam Hieronymus epiſt. 146. ad Damas. refutat; puta excluſivè acceptam. *Nam Matthæum & alios hoc in loco atq;*

apud Lucam c.7. Judæos fuiſſe vel inde colligitur: qvòd Salvator noſter Matthæum vocaverit, & cum cœteris convivium celebraverit: cum per legem id ipſi haud licuiſſet, ſi Ethnici fuiſſent, cujus tamen ſervantiſſimum Matth.5.17. ſe profitetur. Imò qvaſi non Publicani juſtificaverint Deum Lucæ 7. 29. & Templum ingreſſi ſint, c.18. v.10., qvod gentilibus non concedebatur. Publicani itaq; vel Judæi vel Ethnici erant uti ex Matthæi 18.17. aliisq; locis abundè colligere licet. Tantum de Publicanis.

LOCUS XVI.

Matth.9.c.v.10.

Αμαρτωλοὶ ſeu Peccatores qvinam & qvales fuerint apud Judæos altioris videtur eſſe indaginis. *Auguſtinus* ſup.c.2. epiſt.ad Gal. *ſic dictos gentiles refert, qvibus hoc nomen Ebræi vetuſtâ qvâdam ſuperbiâ impoſuerunt. Alii homines plebeos ac egenos à Phariſæis præ nimio faſtu ita appellatos cenſent, ad Johannis 9.c.v.34. reſpicientes;*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

uti Bakius expoſ. Evang. p.3.p.123. eorum ſententiam citat. Qvanqvam tutius ipſe & rectiùs ſtatuat, eos ſæpè dictâ voce inſinuari, qvi publicô aliqvô ſcelere noti erant & inſignes, qvod etiam Maria Magdalena *ſuô exemplô Lucæ 7. 37. videtur confirmare. Hinc qvoq; factum, ut amicitiam qvandam coluerint cum Publicanis, à Judæis ſcil. ob notoria flagitia, qvæ admittebant impœnitentes, excommunicati juxta tritũ iſtud: ſimilis ſimili gaudet* Matth. 11.19. Luc. 7.34. c.15.1. c.18. 11.&c. *Tantum qvoq; de Peccatoribus.*

LOCUS XVII.

Matth. 9.c. v.23.

Duo ſunt hoc in loco in Jairi Archi-Synagogi ædibus qvæ obſcuritate ſuâ non carent. Primum eſt, qvid ſibi velint Tibicines ſive Siticines, qvorum Evangeliſta noſter meminit. *Geierus* de luct. Ebr. c.5.§.16. *exiſtimat; eos raucô ſuô ſtrepitu tum turbam conciere ſolitos, tum pompam præeundo cohoneſtare, tum ſpectatores*

pom=

pompæ advocare. Schickardus, m. h. p. 162. *Scultetus* l.2. Exerc. Ev. c.55. *Montacutius* Orig. Eccl. p.2. f.106. *Dilherrus* Elect. l.2. c.21. *Danhawerus* l. b. interpr. p.176. *Mayerus* Phil. S. p.2 p.223. *Dietericus* l.1. antiq. Bibl. p.62. *Menochius* de R. E. l.8. c.5. q.6. *Ravanellus* t.2. Bibl. tit. tibia. *Prætorius* Synt. muſ. p.1. p.304. *Tremellius, Beza*, ad l. c. *& B. Chemnitius* p.3. Ex. c. Trid. f.88 *ex gentilium conſvetudine ipſorum uſum fuiße arbitrantur. Qvippe ſub qvorum imperio judæi tunc temporis degebant.* Confer Joſephum l.3 de Bell. J. Petronium & alios recentiores Rhodiginum l.9. antiqv. c.7. Pancirollum p. 729. & notas Salmuthi, Turnebum l.36. c.6. Kirchmannum de fun. l.2. c.5. Wovverum in Petron. p.473. alioſq;. *Grotius verò* ad h. l. *poſt Chytræum* de vit. & mort. p. 112. *à Judæis ad gentes hunc ritum derivatum eße contrà adſtruit. Qvi tamen lubrico admodùm fundamento ex Jeremiæ* 9. *c.* 17. *petito innititur. Nam id officii genus, cujus ii fit mentio, voce fuit præſtitum; uti pluribus R. Majmon* in Ebel. c.12. §.1. *expoſuit.* Inſtrumentum Muſicum, qvô iidem uſi ſunt, *fuit tibia, in luctu puerorũ puellarumq́ adhibita, ut hodie campana.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

Vide Nebriſſenſem, Druſium Præt. N. T. l. 1. p. 25. Caſaubonum in not. ad h. l. atq; alios. *Qvanqvam Magius* miſc. l. 1. c. 13. *Tibicines qvibuscunq; funeribus interfuiſſe, aliqvot authoribus comprobare præſumat.* Alterum eſt; qvid per ὄχλον θορυβούμενον intelligendum ſit. *Haud dubiè turba funeris comitandi ergò jam præſens indicatur. Scilicet cognati, familiares, vicini, aut alii cives.* θορυβεῖν *enim de vehementiore multitudinis diſcurſitantis aut commurmurantis ſtrepitu urſurpatum in S. Literis deprehenditur; ceu ex Act. 17. 5. Sap. 18. 19. & Sir. 40. 8. aliisq; locis videre eſt. Confer. Marc. 5. 38. & Luc. 8. 52.* Ideòq; fruſtrà ſunt, *qvi præficas & lamentatores, pretiô, ut luctui præeſſent, conduci ſolitos, ſignificari cenſent.* Poſſent qvidem plura adferri ad præſentem locum: ſed brevitati ſtudendum duco.

LOCUS XIIX.

Matth. 14. c. v. 2.

De reſurrectione hac præſenti in loco; ut & c. 16. v. 13. 14. diſqviritur: *utrum vera*

illa intelligenda ſit ; qvâ à Prophetis & Chriſto, qvidam ſunt reſuſcitati; an Phariſaica, qvâ anima ex uno egreſſa corpore migrare credebatur in aliud. Inter Phariſæorum enim dogmata hoc etiam fuiſſe, ut ſuprà monui; ita aſſerunt Beza, Scultetus l.c.c.24. *Voſsius* de Theol. Gentil. l. 1. p. 1. c. 10. *& alii, authoritate Joſephi* l.2. de Bell. J. c. 7. *ſententiam ſuam ſtabilientes.* Opponunt ſe qvidem hiſce Camero præl. ad Matth. 19 c. v. 3 & Maldonatus comm. ad h. l. *Judæorũ tamen ſapientes & Theologos opinionem de tranſmigratione animarum foviſſe* uberiùs oſtendit R. Menaſſe ben Iſraël l. 2. de reſurr. c. 18. *Phariſæos autem eâ qvoq; fuiſſe implicitos* Schlevogtus in diſp. de Metempſych. §. 10. ſeqv. nuperiùs probatum dedit. Videtur hic error apud Judæos natus occaſione ad eum à malè intellecta de reſurrectione doctrina datâ. Ut ita à Judæis primùm ad Pythagoram, ſicuti alia multa, manârit. Qvam conjecturam Sabellicus l.5 Enneadis 2. ſtabilire voluit. Licet autem hoc

do-

dogma fœdũ ſit & abſurdum: multi tamen Ebræorum Doctorum illud argumentis firmare ſatagunt. Inſtar omnium poteſt eſſe R. Bechajus, qvi tria loca; *videlicet Deut.* 33. 6. *Eſa.*22. 14. & *Pſalm.* 103. 34. 45. in medium producit. Verùm qvod ad Primum attinet: *Moſen ibi orare, ne Ruben ac tribus ejus propter inceſtum funditus intereat*; ex ſociennis ejus Raſchi & Ramban ad d. l. haud diffitentur: qvinimò nec ipſi Talmudici Maſſ. Sanh. c. 11. & Jalk.: à qvibus Chaldæus neqvaqvam abit. Qvod deinde ſecundum concernit, *in eo nulla eſt conſeqventia: non expiabuntur iniqvitates Iſraelitarum donec moriantur; ergò animæ eorum de corpore in corpus migrabunt.* Etſi enim Chaldæus de morte ſecunda exponit: *eam tamen, qvæ animæ in ſeculo futuro eſt, intellectam voluit; teſte R. Kimchiô. Prophetæ igitur mens eſt, juxta idiotiſmum lingvæ Sanctæ: nunqvam hæc iniqvitas expiabitur.* Tertius deniq; nihil minùs probat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

bat. Qvandoqvidem Pſalmiſta ibi ſemet ipſum ex-ſuſcitat ad prædicanda beneficia divinitùs ſibi præ-ſtita; uti R. Aben Eſra rectiſsimè docet. Sed per-gendum eſt.

LOCUS XIX.

Matth. 15. c. v. 2.

Χ*αρονιψία* ante menſam ſuperſtitioſiſsimè ob-ſervata eſt à Judæis. Hi enim à foro veni-entes niſi πυγμῇ: hoc eſt, crebrò; ſive ut alii ma-lunt diligenter & pugillatim ſive factô pu-gnô; ſive ad cubitum uſq; aut cubitaliter, ſi ita loqvi fas, manus laverint, non come-dunt. De cujus vocis vera ſignificatione di-verſæ ſunt eruditorum opiniones: ſuam au-tem de ea mentem doctè admodùm haud ita pridem prodidit Cl. Oſtermannus Poſit. Phil. in N. T. d. 2. th. 3. 4. &. 5. Non *una* autem *lo-tione*, ſed *pluribus* utebantur iidem etiam in-ter manducandum; uti Menochius de Rep. Ebr. l. 6. c. 3. q. 3. c. 498. ſeqv. hoc tradidit, ne fortè impuræ

alicujus rei attactu manus polluerentur. Hinc Phariſæi objiciunt Chriſto, qvòd diſcipuli ejus illotis manibus panem comedant & traditiones tranſgrediantur Seniorum, à qvibus mandatũ erat, *ut ad ſingulos ferè miſſus manus lavarentur*; *tradente* Menochiô. Non enim putandum, Chriſtum cum diſcipulis ſuis illotis manibus, qvod ruſticorum eſt & ſordidorum hominum acceſsiſſe ad menſam; ſed alias ſuperſtitioſas Phariſæorum lotiones inter manducandum adhiberi ſolitas neglexiſſe. *Ridiculæ planè & multiplices ſolicitudines eorum circa ablutionem manuum paſſim in Ritualibus Rabinorum deſcriptæ reperiuntur. In cœteris præceptum erat, ut ſtantes lavarent non innitentes alicui ſuſtentaculo; nec ſuper ſolum, propter halitus nocivos ibi hærentes: ſed ſuper pavimentum ligneum vel conſimile. Eligendam aqvam non corruptam, non turbidam; qvalis illa, ex qva vitrea vaſa, vel cyathi perluuntur: vel ex qva galli-*

*li gallinacei & gallinæ aut canes biberunt, ſed lim-
pidam atq; claram nulliq; alii rei adhuc, adhibitam.
Fundendam autem tribus vicibus ſuper manus: &
in prima fuſione digitos eſſe ſurſum levandos. Ma-
nus item ſimul attollendas non unam poſt alteram.
Et qvæ ſunt aliæ ceremoniæ qvàm plurimæ de
qvibus Schikhardus* de J. R. Ebr. c. 5. th. 18. *Glaſſius*
Ph. S. l. 3. tr. 5. c. 1. *Buxtorfius* Syn. J. c. 4. & 6. *Münſterus*
in Devt. c. 8. *Grotius* ad. Marc. c. 7. p. 558. *& alii videri
poſſunt. Neq; manus tantùm ſed integrum corpus
qvotidiè intingebant ante diſcubitum Judæorum
ſuperſtitioſiores, inde* ἡμεροβαπτισταὶ *vocati. Milites
tamen ab omnibus iſtis lotionum generibus perhi-
bentur immunes: qvanqvam nonnulli Rabbinorum
diſtingvant inter lotionem primam; id eſt, ante ci-
bum, & ſecundam; hoc eſt, poſt eundem, atq; ab illa
qvidem eſſe liberos, ad hanc verò adſtringi, affir-
ment.* Univerſam iſtam lotionem, plenam
ſuperſtitionis & hypocriſeos, acriter aliqvo-
ties taxat Salvator noſter: qvando non tam

cor-

corpus externis ſordibus purgandum, qvàm animum internis rapinæ & ſcelerum inqvinamentis purificandum docet. Præſertim autem in ſubſeqventibus præſentis loci id præſtitit.

LOCUS XX.

Matth. 15. c. v. 5.

Vexatiſsima ſunt verba illa: δῶρον, ὁ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῆς· Uti Danhawerus diſſ. Th de vot. Jepht. §. 20. *refert, accipiuntur vel* 1. *interrogativè ab Hugone & Maldonato ad h. l. vel* 2. ὁρκιστικῶς *ſeu adjurativè à Montano* in not. ad Evang. *vel* 3. *paſſivè, h. ſ. munus eſt, qvocunq; à me juvari poſſes, vid. Martinium* in Lex *vel* 4. *activè, h. ſ. qvodcunq; à me profectum tibi profuit, omni erga te officiô me liberat; à Luthero* in Margin. *& Scaligero* in trihæreſ. c. 9.. *Ab aliis verò aliter, qvorum interpretationes apud* Me*nochium* de R. Ebr. l. 3. c. 15. q. 5. c 319. *legi poßunt.* Hoc extra dubium poſitum volo formulam Evangeliſtæ noſtri *vovendi* eſſe; ceu ex Maimonide l. c. ſaltem liqvet. Vota enim anathe-

ma, Naſireatus ac juramenta accuratè ab E-
bræis Cod.de.votis diſtingvuntur. Niſi votum
illud ab iisdem modò ſine, modò ſub jura=
mento conceptum fuiſſe, qvò tantò fortiùs
ſe obſtringerent, dicere velis; id qvod inſi=
gnis locus Philonis περὶ εὐορκ. καὶ σεβ. evincere vi=
detur. *Docebantur autem Judæi à Phariſæis
& Scribis, ſi qvis voto illi ſe obſtrinxiſſet, non lice=
re ulli hominum id reſcindere. Scilicet, qvod forma=
le & qvidem interdicti cujuſcunq; rei proficuæ vo=
cabant; & modò integrè formabatur hac ferè for=
mulâ: particella hæc ſit mihi inſtar Korban; qvô
nempè veſci nefas erat: vel Korban mihi eſto, qvo=
modocunq; commodis tuis velificari poßem; modò ve=
rò abruptè: abſit, interdictum eſto, qvicqvid ego à
te? ſubintellectis vocibus cibi vel commodi cepero
&c. Et non ſolùm liberis; ſed & parentibus hæc
impietas erga ſe invicem inſtillabatur, qvâ ſub præ-
textu voti hi illos exhæredabant, & illorum erga
hoſce talio procurabatur; id qvod clariſsimè ex Co-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

dice de damnis p.1.c.9.§.10.*patet. Plura loca congeſsit Coccejus* ad Cod.de judic.ac pœn.*è qvibus illa : Sacrum ac devotum eſto, qvicqvid in gratiam parentis facere poſſem : R. Niſsim: qvicqvid paravero eſto parenti meo velut Korban ſeu ſacra oblatio, apud qvem legi poſſunt.* Improbat igitur præſenti in loco Salvator noſter illud dogma, qvô adducti utrinq; facultates ſuas Deo devovebant, ita ut cum juvandi eſſent parens aut filius, votum prætenderent oblationis, eôq; ſe excuſarent, qvaſi jam omni pietatis officiô ex aſſe defuncti. v.9. ſi parentes preſſi petebant à liberis alimenta, hoc declinare poterant dicentes: Korban bona mea; hoc eſt Deo conſecrata ſunt, à qvibus tu juvari poſſes; ergò non licet tibi, ut ad tuam ſuſtentationem iis utaris. Interim valeat Cl. Petiti var.l.1.c.4. ſententia, *qvi verius putat, Korban ab Evangeliſtis dici, qvi ex Lev.27. ſacro ſe devovebant miniſterio; ductus authoritate legis ab Hiſcuni*

tra=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

traditæ: tenetur filius alere parentem vel oſtiatim emendicando ſtipem, qvam tamen exceptiones ſuas pati, nube exemplorum comprobari poßet, ſi operæ eſſet. Qvi plura cupit, adeat L. Capellum diatr. ad h. l. Heinſium Excerc. S. ad N. T. l. 1. c. 11. & Ludov. de Dieu ad h. l. atq; alios. Ego hìc finio Theologica Theologis & criticalia criticis relinqvens.

LOCUS XXI.

Matth. 21. *c. v.* 8.

Sedulius eumq; ſecuti Baronius & Spondanus ad ann. Chriſti 34. Chriſtum ramis exceptum à Judæis ideò cenſent, *ut divinitatem ejus ſignificarent. Nullum enim unqvam Regem hoc honore affectum Judæis legi, obvertunt.* Verùm falſò. Nam ſubſternere ingredienti ramos ſeu hoc honoris genus potentioribus exhibere ipſis etiam Judæis omninò inſolitum non fuit. Sanè Alexandrum Regem civitate ſertis ornatâ exceptum eſſe, Joſephus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

antiqv.l.11.c.18. auctor eſt;ac M. Agrippam Hieroſolymis diſcedentem flore frondeq́; à populo adſperſum, Philo in de leg. ad Cajum reliqvit Certè aliis gentibus id freqventiſsimum fuit. Vide Martinum de Roa p.1.ſingular.l.2.c.12. & Grotium ad h. l. aliosq;. Hîc de Judæis qvæſtio eſt.

LOCUS XXII.

Matth. 21.*c.v.*12.

Hieronymus & ex eo Maldonatus ad hunc locum tradunt: in atrio Templi extare ſolita aliqva, venalia emere volentibus expoſita, ut haberent qvod offerrent Dno. De cunctis enim penè regionibus Judæorum illuc populô confluente innumerabiles immolabantur hoſtiæ maximè feſtis diebus. Accidebat igitur plerunq; ut qvi de longè venerant, non haberent victimas. Ideò Sacerdotes hunc modũ excogitârunt. Cumq; mul-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

multi indigentes venirent, non habentes, unde emerent, poſuerunt numularios, qvi mutuam ſub cautione illis darent pecuniã. Sed qvia erat lege præceptum, ut nemo uſuras acciperet Lev. 25. 36. excogitarunt & aliam technam, ut pro nummulariis collybiſtas facerent, qvi pro uſuris varias accipiebant ſpecies. Veriſimilius tamen cenſet Menochius l.c. l.2. c.18. q.3. c.228. qvod Janſenius cum aliis ex Heſychio & Polluce Lexicographis affert: collybiſtarum munus fuiſſe monetas mutare idq; cum auctario & lucro. In qvo acqvieſco.

Locus XXIII.

Matth. 22. c. v. 16.

B*aronius* in app. ad ann. *cum Sigonio l.c. aliisq; magnis viris Herodianos Sectarios ſive hæreticos Judæorum facit.* Qvibus Imperator in notis ad Bertr. p. 436. ſeqv. meritò contradicit, *faciens eos homi-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

homines aulicos natione Judæos Herodi olim addictiſsimos, imprimis in re nummaria. Dogmata autem eorum eadem cum dogmatis Saducæorum fuiſſe ex Matthæi 16.c.v.6.*cum Marci* 8.c.v.15. *collato elicit. Addito ſcil.*12.c.v.16.*Matthæi. Interim tamen minimè vult: Sadducæos & Herodianos planè eosdem eſſe cenſendos. Præterqvam enim, qvod peculiaria inſtituta habebant; v.g: diem natalem Herodis obſervabant, ut etiam Sabbatha: qvô die lucernas accenſas & violis coronatas in feneſtris ponebant;* narrante Perſii veteri interprete: *licet Herodis partibus mordicus adhærerent; utriſq; nihilominùs tum Phariſæis tum Sadducæis favebant.* Nec perſvadetur modò dictus Author, illos crediſſe: *Herodem alienigenam eſse Meſsiam, qvem è tribu Juda expectabant.* Vide Caſaubonum Exerc.1.antibar.n.5. & Scriptores ſub finem ſeqventis loci à me allegatos: ego ſpretô Sigonii numerô ſeptenariô & Bertrami qvaternariô præter Phariſæos Sadducæos

& Eſ-

& Eſſenos ſectarios nullos apud veteres Judæos agnoſco: qvod Imperator in not. ad Bertr. l. c. & p. 449. pluribus oſtendit.

Locus XXIV.

Matth. 22. c. v. 23.

Sadducæorum dogmata & inſtituta fuére hæc ſeqventia: 1. *admiſerunt tantùm Pentateuchum, cæteris libris omnibus repudiatis.* Vide Hieronymum ad h. l. Tertullianum l. de præſcr. c. 45. atq; alios. *Qvare Salvator noſter alia aliorum de reſurrectione clariora teſtimonia voluit mittere & ſoli Moſi inhærere.* 2. *Omnes omninò traditiones rejiciebant.* 3. *Reſurrectionem mortuorum ridebant.* 4. *Indeq́ animæ immortalitatem negabant.* Adi Hieronymum l. c. & Joſephum l 2. Capt. 12. 5. *Ut & Angelos Act. 23. 6.* 6. *Deum neq́ malum facere neq́ perſpicere aſſerebant,* monente Joſephô l. 2. de bell. c. 12. Philaſtrius addit: *eos prædicâſſe ſecundum carnem eſſe vivendum, & Epicuræam dementiam fuiſſe ſectatos. Et Joſephus* l. 13. antiqv. c. 9. & l. 18. c. 2. & l. 2. de bell. c. 12. *ipſos moribus agreſ=*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

greſtes fuiſſe; Evſebius verò l.2. hiſt.Eccl.c.23.etiam crudeles facit. Author hujus ſectæ creditur Zadokus & condiſcipulus ejus Baithos qvorum ille nomen iſti dedit. Hic Zadokus enim malè intellectâ Præceptoris ſui Antigoni Schochæi cujusdam Phariſæi ſententiâ: eſtote ſicut ſervi Domino miniſtrantes absq; conditione recipiendi mercedem, dicitur ſe adjunxiſſe Doſitheo, qvi ex Judæis tranſierat ad Samaritanos, cujus tamen dogmata in omnibus qvoq; ſecutus non eſt,& inſuper nova qvædam commentus; teſte Tertullianô l.c. Qvi plura vult cognoſcere de Sadducæis conſulat Druſium de Sectis Ebr. Serarium l.2.trihæreſ.c.21.& qvi huic ſe oppoſuit Scaligerum in elench. trihær. Menochium l.c.l.3.c.16.q.1.c.321 Bertramum l.c.19.& l' Empereur in not.p.442. Sigonium l.c.l.5.c.11. Cunæum l.c.l.2.c.17.atq; alios. ego ad Proſelytos feſtino.

LOCUS XXV.

Matth.23,c.v.15.

De *Proſelytis* peculiari diſputatione ad h.l.

ex profeſſo,ut ajunt, egit Schlevogtus. Id-
circò ego ritum illum breviſſimis expo=
nam. *Erant Proſelyti alii domicilii; alii juſtitiæ,*
Qvodſi enim gentilis qvidam vellet cohabitare
Judæis , neceſſe erat,ut relictô idolorum cultu, ac
receptis Noachi præceptis, uni Deo ſe addiceret,
qvem tamen Lex Moſaica qvà talis non ſpecta=
bat,nec iisdem ac Judæi gaudebat privilegiis. Sin
integrum Judaiſmum amplecteretur,hoc medianti=
bus certis ceremoniis fiebat. Ipſe ſe ſponte ſiſtebat ad
examen, qvô accurratè in vitam & mores ejus in=
qvirebatur. Et ſi ea probata eſſent recipiebatur.
Nimirùm hôc modô. Docent ipſum primò omnes
articulos fidei ſanctæ: deinde circumcidunt & ba-
ptizant eundem,ſi maſculus eſt;ſin fœmina ſolô ba=
ptiſmô abſolvitur; qvi fuit ablutio,qvales juxta le=
gem Moſaicam diverſæ ſive variæ in uſu erant,
qvanqvam non facientes niſi ad carnis vel externã
*puritatem; ſicuti Apoſtolus docet Ebr.*11.10.& 13.
internam adumbrantem: deniq; offert Korban Deo;

 hoc

hoc eſt oblationem ſcilicet jumentum vel par turturum, vel duos pullos columbarum. Hi fide & religione ſunt judæi licet non genere & ſangvine. Ex hiſce apparet præſenti in loco Proſelytorum nomine eos intelligi, qvi vocantur juſtitiæ. Et peccârunt Phariſæi in eo, qvod illos ad converſionem importunis ſolicitationibus ſuis qvaſi cogerent, ambitione partim; partim avaritiâ adducti: & converſos porrò prava & impura doctrina ſua corruptos duplô magis reos æternæ damnationis redderent. Qvæ Maldonati & Piſcatoris interpretatio eſt. Aliorum alias vide apud Schlevogtum l. c. §. ult. *An verò hic ritus convertendi Ethnicos plane idem fuerit cum eo, qvi tempeſtate Moſis obtinuit; de eo dubitare licet. Traditionibus enim Seniorum ſeqvioribus ſeculis eſſe interpolatum in aprico eſt.* Plura de iis cogniturus evolvat præter laudatum Schlevogtum Menochium l. c. l. 1. c. 3. & Ant. Thyſium memorab. Reipub. Ebr. c. 1. alioſq;.

LO-

LOCUS XXVI.

Matth. 26. c. & 27.

In hìs capitibus tria præcipuè antiqvi-tates redolent. Primum eſt *veſtimentorum ſciſsio* v. 65. qvæ Lev. 9. 6. & 21. 10. vetita legitur Sacerdoti. In diverſas igitur itum eſt ſententias. *Nam Grotius* ad h. l. *de re funebri edictum accipit. Ob blaſphemiam fuiſſe licitum probare volunt Barradius* Conc. Ev. t. 4. l. 6. c. 20. *Druſius* Præt. l. 1. p. 55. *Caſaubonus* Exer. 16. n. 73. *Carolus* Dial. *Confer Cunæum* de Rep. Ebr. l. 2. c. 3. *& alios. Paulò tamen declinat Seldenus, qvi ad veſtes Sacerdotales interdictum reſtringit. Laudat qvoq; pro ſe Talmudicos & Rabbinorum Principem Majmonidem. At contra legem eum feciſſe ait Baronius* t. 1. ad an. 34. *qvem ſeqvitur B. Gerhardus.* Harm. paſſ. ç. 6. p. 271. Qvod argumentum eſt inclinatæ Reip. Ebr. tempore Salvatoris noſtri in terris verſantis. Licet & haud ſpernenda objici poſſint. Alterum eſt *Romanorum inſtitutum fuiſſe facino-*

roſos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

roſos certis temporibus dimittere, c.27. v.15. qvod Grotius ad h. l. & Carolus guſt: Phil.Sacr. obſervarunt. Ultimum, *Crucem* v.22 etiam *Romanorum ſupplicium fuiſſe*; uti Gerhardus l.c.c.7.p.329. Scaliger l.1.ep.12. Caſaubonus l.c.n.78. Schikardus Tarich.94. Wovverus Synt. de G.& L.verſ.c.12. Contra Baronium l.c. Lipſium l.1.c.11. Sigonium l.c.l.6.c.8.& Gretſerum l.1.c.19. qvos ſeqvuntur Carolus Dial.2. Menochius & alii, deduxerunt. Confer Calixtum Harm.Ev.p.398.& Amamam Antib.Bibl.p.636. Druſium ad Lev. p.311.& Fabrum Semeſtr.l.2.c.8.atq; alios.

LOCUS XXVII.

Matth.26.*c*. *v*.2.

Pollincturam cadaverum à Gentilibus ad Judæos perveniſſe non unô argumentô probare voluit Rivinus in diſp. de ea. qv.2.§.3. ſeqv. *Nam primò hæc conſvetudo ſeverum Dei decretum: pulvis es & in pulverem reverteris Gen.* 3. *arietare videtur. Secundò ante deſcenſum Jacobi in Ægyptum nullum funus aromatibus legitur conditum: nec poſt eum & Joſephum usq; ad Aſſam Regem* Judæ 2.*Paral*.16.*uti Preerius* ad Gen. 6. 4.f. 10. 42. *pronunciat*. Adhibebatur autem ea præcipuè

cipuè in nobiliorū funeribus ; uti Eucheriꝰ in h.l. docet. Qvanqvam modus pollingendi Ebræorum diverſus à modo Ægyptiorum fuerit. *Illi enim ungventa & aromata cum corpore faſciis involvebant; hi verò exenteratô ventre, exemptiſq; ſordium & humorum receptaculis & cerebrô per nares extractô, ungventis intus corpora farciebant. Qva de re Caſaubonus* Exerc.16.anti-Bar.n.122. *inſpici poteſt, qvi contra Baronium & Tacitum negat, Judæos hunc ritum, apud alias qvidem gentes uſitatum; ceu* Madaurenſis *Philoſophus* apud Apulejum Florid 4. *innuit, ab Ægyptiis eſſe mutuatos.* Qvod ad materiam attinet fuit ea potiſſimum *myrrha* & *aloë*; Marc.16. Joh.19. *Illa præcipuè putredinem & conſeqventem fœtorem arcet. Unde in ipſis Sacris literis Exod.* 30. 21. *aromatum præſtantiſſimum (ut Junius tranſtulit) myrrha ingenua dicitur. Hæc, qvæ gravi odore & guſtu amara eſt, exſiccat. Vide Plinium* l.12.c.15. l.27.c.3. *Iſidorum* l.17.c.8.& 9. & *Dioſcoridem* c. de aloë. *Perſonas*

 ungen-

ungentes qvod concernit, qvamvis *cognati & familiares viri hoc officium cum mulierculis præſtare non ſubterfugerent, harum tamen munus præcipuum fuit. Confer* Marc. 16. & *Johann. 19. c., & de Judæis illud claré patebit.*

Locus XXVIII.

Matth. 27. c. v. 24.

Ebræis obſervatum erat, poſt bellum adeoq; cædem, utcunq; etiam licitam, ut luſtratione uterentur. Vide Philonem de vit. Moſ. l. 1. Huc communiter referunt locum præſentem, qvi cum Origene, Hieronymo, & Cyrillo *negant præciſè tale qvid apud Romanos eſſe factiatum, ideoq́ contendunt, Pilatum ex Judæorum cerimoniis exemplum eſſe mutuatum.* Verùm qvàm illa ferè omnia, qvæ probationis locó afferunt, ſi diligenter expendantur, â facto Pilati totô genere diſtent, nimis fortè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

tè prolixum foret dicere. Cum tàm varia lotionum genera varios etiam earundem fines hiſtoria Romana nobis ſuggerat, & multò videtur probabiliùs; & Pilati perſonæ convenientiùs, ſi aliqvo ſuæ potiùs, qvàm alteriùs gentis, vel communi etiam aliarum more, id ab ipſo factitatum eſſe ſtatuamus. *Etenim manuum ablutionem apud Romanos non ſolùm expiandæ in factis culpæ, ſed teſtandæ etiam in faciendis innocentiæ ſignificationem fuiſſe ex eo vero videtur ſimile, qvòd qvi diis gentium ſacrificare volebat, adferre debebat puras manus, nullô ſcelere contaminatas. Vide Ciceronem l.2. de leg. Idq; inprimis in ſacris Eleuſiniis ſervatum dicit Lampridius* in Alex. Severo. *Abluebant igitur manus etiam puras, ut innocentiam ſuam oſtenderent ſeq; ad ſacra tangenda idoneos. Ideoq; purè lavari dicebantur, qvi etiam caſtiſsimè ad Sacra accederent. Vide Livium & Tibullũ eleg 3.l.1. Exemplum qvoq; illuſtre eße poteſt Claudia illa apud Ovidum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

l.4.Faſt. *qvæ cum caſtiſsima qvidem eſſet ; Sed non crederetur, conſcia Sanctimoniæ ſuæ aqvâ hauſtâ ſe lavabat*. Pluribus hanc rem perſeqvitur Grotius annot. ad h. l., qvi videri poteſt. Omnium verò apertiſſimè eam confirmat Heſychius ; *pollubrum, inqviens, aqvam in ſe continens purgare judices & adſeſſores.*

Tantum.

Hæc ſunt, qvæ ſpeciminis locô ſuppreſsis brevitatis ergò nominibus ex variis authoribus, maximam partem rarioribus & pauciſsimis adhucdum notis religioſè compilata volui exhibere : cæteris, qvorum inſpiciendorum copia cuivis fermè datur, ſuô locô diſertè allegatis. Exceptô Thyſiô cujus memorabilia Rerumpublicarum & in ſpecie Ebrææ p. 6. ſeq. p. 31. ſeqv. &c. *l. 10. & 26. aliisq; omiſsa nollem.*

Qvæ reſtant, ad Acta & Epiſtolas *ſeorſim eduntur.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1891